

THE ORICA

Axis deferentis epicyclum transiens percedit
egum eiusdem deferentis, nempe M C N.

Intersecant se igitur axes in punto G.

Polus deferentis N. minus distat ab axe zodiaci
et E D F. plus vero distat alter polus M. ab eodem axe,
eo quod punctum sectionis vergit ad N. non ad M.

Porro hypothesin sectionis axium in 3. super
riorebus sequuntur ea, quae commemorat textus, vi-
delicet.

1. Quod apogia eccentricorum. nec incedant
sub ecliptica, ut solis apogon, nec ad eam accedant,
atque recedant, ut in luna, sed perpetuo retineant ean-
dem distantiam ab ecliptica seu via via solari, atque in
eandem partem, ut apogia versus boream, perigia autem
in austrum.

2. Quod apogia, perigia, centra, atque poli
declinant circulos parallelos eclipticæ motu sphæras
octauæ. quemadmodum ad motum primi coeli, sin-
gulæ stellæ ac puncta, designant parallelos circulos
æquatori.

Hos parallelos representant in nostro schema-
te hæ rectæ lineæ N O. & B A. & C R. & L K. & M P.
ut patet, nec absoluuntur hi circuli prius, quam ipsa
octava sphæra conficerit suam periodum.

3. Superficies eccentricorum a plane seu super-
ficie eclipticæ perpetuo secansur per inæqualia, non
etiam interdum per æqualia, ut in luna. Quia centra
eccentricorum nunquam ingrediuntur planum ecli-
pticæ, sed ab hac semper distant eadem quantitate.
Maiores autem portiones superficierum eccentrico-
rum existunt versus apogon, quia maior est circuli
portio, quæ continet centrum eiusdem circuli, &c
etera.

Explicavi itaque hunc locum ex sententia
auctoris & iuxta doctrinam v. et. Est enim inversa
ratio.